magnanimi non trepidi desciendunt et vulneratos
occidunt, rugit idem leo in altis montium
anbagibus, Herculis vires aemulantes è medio tollat
et si aliquod fortitudinis exemplum desideratis
oculatos testes habetis Alexandrum Magnum
et Sophiten, hi enim, ut etiam suffragatur
Plinius huicque assentiuntur et alii summae auctori-
tatis viri, immanem elephantem et horrendae
magnitudinis leonem emitti mandârunt, ut non
inexpertam canum fortitudinem relinquerent,
quarum tamen bestiarum mole minimè
terrefacti eas sunt aggressi et superarunt.
Si Auditores humanissimi ad militum castra et
tentoria progredimur quis heroicus canum
animus apparet? certe nihil aliud nisi haec
ipsa magnanimitas obuia procedit, nequaquam
bellorum impetu et Martis stragibus haec heroica
pectora franguntur, ruat in eos omnis
hostium phalanx, barbareae furiae aut ille
centimanus Briareus seu Titius et si qui alii